

magister suo exemplo nos informaret, ut earum familiaritatem maxime evitemus, ac fugiamus. Ananias cum sua uxore vendidit agrum, & reservans sibi medietatem pretij, ut vult Lyranus, aliam partem detulit ad pedes Apostolorum. In eum graviter invehitur Petrus; & ait illi: *Anania, cur tentavit Sacras cor tuum, mentiri te Spiritui sancto?* Actor. 5. n. 3. Et cum efficaciam verborum ferre non posset, cecidit, ac expiravit. Postea venit uxor ejus Saphira, & ait ei Petrus. *Merito addubitabat Lorinus, ibi; cur Apostolus tacet nomen proprium Saphirae? Dic mihi mulier; qui alloquens virum propriam illius appellationem expresserat: Ait ipse: Cavenda est omnis cum muliere familiaritas.* Qui enim nobis chari sunt, ac familiares proprio nomine nominamus. Sic dictum est Moyli Exod. 3. n. 12. *Nomen me ex nomine; & invenisti graviam coram me.* Et illud Christi Joan. 10. n. 3. *Proprias oves vocat nominatim* Iai. 49. n. 1. *Dominus ab utero vocavit me; & recordatus est nominis mei.* Et Christus supra n. 12. Samaritanam non appellat proprio nomine, sed communi vocabulo sexas: *Credite mihi, mulier, ut ibi in expositione notavi.* Princeps ergo Apostolorum appellat virum nomine proprio, non vero mulierem, ut indicaret, quantum illius familiaritatem declinabat, quod etiam in nomine fugiebat.

Moltus est D. August. *Serm. 250. de tempore*, ut nobis persuadeat, fugere omnem familiaritatem, tam publicam, quam secretam sceminarum, sive ancillarum, sive quarumque vicinarum. Ait enim: *Quia quanto earum vilior conditio, tanto facilior ruina est. De familiaritate earum Salomon nos admonet, dicens: Nunquid alligabit quis ignem in sinu suo, & vestimenta ejus non ardeant? Aut ambulabit quis super prunas, & non comburentur planta ejus: Prov. 6. n. 2. Ubi mulierem cum igne, aut pruna comparat, & ut talis a nobis fugienda.*

QUAESTIO XXXVI.

Quare discipuli non interrogant a Domino, quid ageret & loqueretur cum muliere?

236. **M**ulta saepe discipuli a Christo interrogant, ut quis esset major in regno caelorum, *Matth. 18. n. 1.* Et Petrus de Joanne interrogat *Domine, hic autem quid?* Joan. 2. n. 22. Et ipse Joannes in cena inquit: *Domine, quis est, qui tradet te?* ibid. n. 20. In hac autem occasione ita caute se habent, ut nullus audeat eum interrogare de sermone cum muliere.

237. Respondet primò D. Chryso. *hom. 32.* Albertus Magnus, quod hic eventus contigit in principio praedicationis Christi, antequam Petrus, & Joannes, ut ait citatus Albertus, a sumum quarendi apud ipsum accepissent. At postea familiaritate, & dilectione freti fiduciam concipiunt Dominum interrogandi. Unde ait Hugo quod & Joannes post longum tempus hoc fecit; & in ipso fine, quando jam multam confidebat de amore Christi. Secundo D. Bonavent. Erant eruditi servare ordinem discipulorum; & exemplum in-

ferioribus datur? non investigare facta vel dicta superiorum; sed eorum dispositiones, ac operationes silentio revereri, ac venerari. Tertio Glossa aliam reddit rationem, quod non sunt ausi quærere, ne ab eo reprehenderentur, si incaute interrogarent.

Quartò D. Chryso. citatus. Theoph. *Quoniam illic res sua agebatur, ideo necessario percontati sum; hac autem res nihil ad eos pertinebat.* In locis citatis in principio quaestionis quaerunt discipuli, quia res sua agebatur: hic vero nihil scrutantur, quia negotium alienum erat. Hoc factò reprehendendi sunt nimis curiosi, qui res, quæ ad se nihil attinent, rotis viribus inquirunt, ac scire procurant. Et hoc exemplo utitur D. Basil. *Regularum fufus disp. cap. 48.* contra eos, qui maxime scrutantur, quæ ad se non pertinent.

Antequam Christus Dominus abiret in caelum, dixerunt ei discipuli ejus: *Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israël: Quibus ille ait: Non est vestrum nosse tempora; vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate; Actor. 1. n. 6. & 7.* Sed quomodo, dum Apostoli quaerant de restitutione regni Israël, non solum Christus eis non responderet ad id, quod quaerebant, sed veluti per modum reprehensionis ait: *Non est vestrum nosse tempora; & cum eis non loquitur de regno Israël; multo enim majora arcana eis revelavit in cena, Apostolis dictum erat à Christo: Vobis datum est, nosse mysterium regni Dei; Matth. 13. n. 11. Marc. 4. n. 11.* Et Apostoli hoc loco erant solliciti de restitutione temporalis regni Israël, ut tradunt Oecumenius, Justinus, Irenaeus *lib. 5. cap. 34.* Beda, Glossa, & alij multi. Ideo Dominus ad quaeritum non responderet. Imò eorum nimiam curiositatem carpit, dum ait: *Non est vestrum nosse tempora; ut pote resiliens à proprio negotio, quod erat, agere de regno Dei, qui transiret ad tractandum de regno temporali, quod ad eos non attinebat. Et ideo D. Basil. in regulis moralibus, regul. 9. c. 2. utitur hoc exemplo contra investigantes, quæ ad se non pertinent.* Lyran. ibi: *Quasi dicat Dominus: Non pertinet ad vos, hoc scire, quærere; sed illud, quod sequitur, ad vos pertinet, cum subditur: Sed accipietis virtutem superveniens Spiritus sancti in vos.* Non responderet ad regnum temporale, sed eorum mentes elevat ad regnum spirituale; ac virtutem Spiritus sancti, quod erat negotium ad illos spectans; cætera vero, cum ad eos non attinerent, omittenda.

Joannis 4. n. 28. Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in civitatem, & dicit illis hominibus.

VERSIONES.

Franciscus Lu. Reliquit vas aquale, cas ex Græco.
 Syriacus. Profecta est in urbem.
 D. Augustinus Cucurrit ad civitatem, tract. 15.

EXPO

EXPOSITIO.

240. **M**ULIER hæc, ait D. Augustin. tract. 15. in Joan. *Audite: Ego sum, qui loquor tecum; & recepo in cor Christo Domino, quid faceret, nisi hydriam dimitteret, & evangelizare concurret.* Magna vis, ac efficacia verbi divini: nam mulier, quæ antea nec potum aquæ volebat dare, jam propter Christum relinquit hydriam ut citius, ac expeditius, ut notat Albertus Magnus, curreret in civitatem, & Christum annuntiaret. Et maxime notandum, quod ubi Christus dixit mulieri, quod ipse erat Messias: *Ego sum, quis loquor tecum;* mulier nil respondet, stupescit admiratione tanti mysterij, ac presentia rei maxime desiderata. Nec ostendit fidem suam verbis, sed operibus, dum propter Christum relinquit hydriam, currit in civitatem, & Christum omnibus praedicat, *Abiit in civitatem,* cum festinatione, ut clarius explicat Divus Augustinus, cucurrit, tendit in civitatem, ex qua venerat, mulier, cui toties venit ad fontem, ad aquam hauriendam, grave fuerat, jam redire ad civitatem, & iterum ad fontem reverti, ubi Christus manserat, leve putat, Dei charitate omnia suavia, ac facilia sunt. *Abiit in civitatem,* ut suos concives tanti boni participes faceret; nec enim ut ait D. Cyrillus *lib. 2. cap. 99.* tanquam servus ille nequam obruit talentum suum: nec, ut ait Simon Cassianus *lib. 1. c. 2.* inventum thesaurum abscondit in agro, sed populo suo indicat. Charitas pretiosa inventa aliis communicat. *Et dicit illis hominibus.* Prae gaudio omnes convocat mulier Apostolico munere functa, seu sicut Apostola, ut inquit Origenes, D. Chryso. *ostomus homil. 33.* Theophylactus, Christum annuntiat. In quo factò etiam eam Evangelistam appellat.

QUAESTIO XXXVII.

Quare mulier, dum tendit in civitatem, hydriam relinquit.

241. **R**atio hujus rei germana. Ne ipsa hydria prius in domum portans, detineretur, ut tantum bonum suis concivibus annuntiaret, ne etiam ipsa mora Christus inventus in itinere elaberetur, & ideo relinquit hydriam ut expeditius iret, ac rediret ad Dominum. Et forte etiam hydriam relinquit in usum Christi, & discipulorum, viderat eos asportantes cibos è civitate venisse, & ideo ad potum relinquit hydriam. Aliæ hujus rei rationes morales sūt investigandæ. Respondent primò D. Cyrillus, *lib. 2. c. 99.* Albertus Magnus, quod hydria est vas aquarum, significans voluptates, ac cupiditatem terrenæ possessionis, quæ sunt frigida consolationes, & tanquam aqua elabuntur, & tanquam è puteo, è profundo tenebrarum hauriuntur. Ut autem sequamur Christum, hæc hydria est omittenda. Ecclesiast. 12. n. 6. *Comeratur hydria super fontem.* Secundo Euthymius, Rupertus *lib. 4. in Joan.* Beda, D. Thomas, per hydriam intelligunt bona temporalia, frequenter in Scriptura per aquas significata; de quibus omnibus, etiam quæ præ Sylviana in Evang. Tom. I.

manibus habentur obliviscitur homo, ubi primum perfecte ad Deum convertitur. Ad Philip. 3. num. 8. *Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitror sum in stercore, ut Christum lucrificam.* Tertio Hugo, D. Bonaventura. Hydria significat temporalem sollicitudinem, ac curam, quam debet Prædicator relinquere, ut Christum annuntiet. 2. Timoth. 2. num. 4. *Nemo militans Deo impiceat se secularibus negotiis.*

Quartò. Duæ mulieres portantes hydrias suas, & venientes ad fontem, inter se sunt conferendæ, scilicet Rebecca, & Samaritana, utraque cum sua hydria; utraque loquitur cum viro ignoto, Samaritana cum Christo, Rebecca cum servo Abrahami, & utraque cucurrit ad civitatem, ut adventum viri annuntiaret. Cum hac tamen differentia, quod Samaritana ignoto Christo relinquit hydriam. At Rebecca, cum dedisset potum Eleazar, ac suis camelis & cognovisset, esse servum avunculi sui, cucurrit itaque pulla, & numiavit in domum matris suæ, Genes. 24. num. 28. Et non dicitur, quod reliquerit hydriam. Imò potius quantum colligitur ex textu, eam se cum asportavit. Sed cur Samaritana relinquit hydriam; non vero Rebecca? Quænam hujus discriminis causa? Rebecca invenit hominem servum Abrahamæ, & ideo adhuc retinet suam hydriam ad hauriendam aquam, ut eam sibi, domuique suæ possit suppeditare. At Samaritana Christi presentiam asecuta est, ideo hydriam adiecit, ac omne bonum temporale contemnit, sciens, in uno Christo Jesu omnia bona sibi abundanter habere. Origenes hoc loco, *Hydriam, ait, apud eum, qui melior est, & præstantior deponit: cum aquam accepisset, quæ jam in ea principium aquæ salientis in vitam exiit. Quomodo enim hac aqua non accepta, benigne Christum civibus suis prædicasset, nisi participes facta esset aqua perpetuo salutaris? Rebecca autem, quæ etiam humeris hydriam sustinebat, antequam finem dicendi faceret puer Abraham, proficiscebatur, quæ quoniam non eodem modo hauriebat, quo Samaritana, ad fontem descendit, implevitque hydriam. Vide lib. 3. cap. 5. n. 44.*

Quintò. D. Augustinus tract. 15. in Joan. *Pro-* fecit ergo hydriam suam Samaritana; inquit, quæ jam non usui, sed oneri fuit, avida quippe desiderabat aqua illa satiare. Venerat mulier ad fontem, ut asportaret aquam naturalem, in qua judicabatur, ac recreabatur; at antequam illam hauriat, hydriam relinquit, quia postquam nata est Christus, ita vilescit mundus in oculis ejus, ut jam aqua illa naturalis non esset ei in usum, nec in levamen, sed potius in onus, & laborem. Expende etiam illa verba: *Avida quippe desiderabat aqua illa satiare.* Samaritana vehementi flagrabat cupiditate aquæ vivæ salientis in vitam æternam, quam Christus ei promiserat. Ut ergo aqua illa ei perleveranter abundaret, ac posset potiri, abiecit hydriam: nec enim bonis cœlestibus cumulata repletur animalia, si adhuc bonis temporalibus inhæret. Abjiciantur ergo hæc mundana, ut mens tota donis spiritualibus impinguetur. Vide lib. 1. cap. 10. num. 38.

Sextò. D. Maximus homil. 1. de elemosynis. Samaritana ait, relinquit aqua vasculum ad civitatem non refert hydriam, sed refert gratiam. Vacua quidem videtur reverti onere, sed plena revertitur.

Q 2

vertitur sanitas; & qua hydra vasculum amiserat, Christi plenitudinem reportabat, in nullo civitati sua inferens detrimentum, etenim si aquam civibus non intulit, tamen fontem salutis invenit. Bona mundi augusta Dei largissima. Mulier venerat ad fontem, ut aquam elementarem asportaret in civitatem; at ubi nacta est, aquam Christi vivam salientem in vitam aeternam, hydriam relinquit: nam aqua naturalis; in qua bona temporalia adumbrantur, poterat contineri, & coartari in angusto illo vasculo; at salutarem aquam, ac Christi plenitudinem, quam modò deferebat, tam angustus locus minime caperebat. Imò tantum donum mulier ipsa in se retinere non valens ad civitatem cucurrit, ut de plenitudine Christi omnes adimpleantur.

246. Pondera duplex oleum, Virginum, & Elizæ. Virgines fatuæ habent parva vascula in manibus; & tamen in eis deficit oleum. Mat. 25. n. 3. Elisæus, ut beneficeret mulieri iussit ei: Vade pete ab omnibus vicinis tuis vasa vacua, non pauca. 4. Reg. 4. n. 4. Quæ cum haberet mulier, ita crevit oleum, ut superabundaret, & deficerent vasa. Sed cur in illis virginibus, dum unaquaqueque habet unum vasculum, ibi deficit oleum; at vidua Elizæ, cum multa, & ampla haberet vasa, minime oleum deficit, sed potius cumulatissime illo omnia replentur. Hæc est differentia, quod in virginibus erat oleum mundi, ac in vidua illa oleum Dei. Bona mundi ita sunt defectibilia, ut in parvis receptaculis, non solum contineantur verum etiam ibi minuantur, ac extinguantur. Dona autem Dei ita sunt ampla, ac largissima, ut excedant nostram capacitatem, ac in angustiis humani animi minime coartari possint, sed inde in alios maxime diffunduntur, ac redundant. Hugo Victorinus lib. 1. miscellan. c. 51. Habet, inquit, oleum Deus, habet oleum & mundus: ad oleum Dei vasa deficiunt; oleum mundi in vasis deficit: oleum Dei dulcedo æternorum; oleum mundi delectatio presentium: illa sufficit; ista deficit. Vide lib. 1. c. 1. n. 160. & c. 5. n. 95.

Bona mundi deficiunt bona Dei superabundant.

Hugo.

QUESTIO XXXVIII.

Quare vexillum, ac primatum prædicationis Evangelicæ committatur mulieri Samaritanæ.

247. Origen. Chryso. Theophyl. IN fine expositionis dixi ex Origene, Chryso. Theoph. quod dum mulier relicta hydria ad civitatem cucurrit, Christum annuntiat, ac multos ad ejus cognitionem, & fidem traxit infra n. 39. Apostolorum, ac Evangelistarum munus adimplevit. Ex quo merito poterit quis maxime admirari, cur præconium divini Verbi non committitur primò Christi discipulis, diu cum ipso conversantibus, quàm mulierculæ quæ paulo antea erat peccatrix, & malæ notæ? Nonne Apostolatus, ac Evangelistæ munus est supremum fastigium Christianæ Reipublicæ. Cur ergo tantæ rei vexillum non datur discipulis Christum concomitantibus, sed huic femine Samaritanæ; nam ante hanc historiam, non invenies in Evangelico textu Christi discipulos publicè per civitates, & plateas ipsorum prædicantes. Quare ergo primatus Apostolicæ prædicationis, inter eos, qui vocati sunt à Christo, huic

Ratio diffinitiva.

mulierculæ conceditur; & in re sanè difficillima, nepe in prædicatione inter cõcives, & naturales. 248. Chryso.

Primò respondeo ex Chryso. hom. 35. Mulier hæc, ait, sponte sua relinquit hydriam, & superna præveniente gratia Apostolico munere fungitur. Theophylact. In tantum accensum est cor mulieris dictis dominicis, ut & aquam relinqueret, & sit Apostola, ordinata à fide, qua cor ejus occupaverat; ac tuncque, & attrahit totam civitatem. Similiter Origenes hic: O magna, & præclara divina gratiæ miracula. Mulier natura debilis, ingenio inconstans, libidine impudica, insignis in luxuria, deliciis enutrita; ita divina gratia præveniente dolet, & convertitur, ut Apostolicæ prædicationis sit antesignana, fortitudine, & constantia armata ad debellandas dæmonis potestates. Nullus ergo, quamvis se abjectissimum peccatorem videat, desperet, se divina gratia ad supremum Christianismi apicem posse evehi. Secundò, Pondera verba Chryso. homi, sponte sua: Apostoli, ut arduitatem Evangelicæ prædicationis aggrediantur, exhortatione, ac imperio Domini opus habent. Mat. 10. n. 5. Luc. 9. n. 2. At hæc mulier ita divina gratia erat disposita, ut nullo stimulo, nulla iussione indigeret; sed ut Christum agnovit, animosa omnia obstacula rumpit, ad civitatem currit, Dominum Jesum annuntiat. Et qui sponte, ac sine iussione obsequia præstat, multo favore, ac benignitate dignus est. 249. Ambros.

Tertiò, D. Ambrosius serm. 132. Sanctificata per fidem Christi mulier donum rediit, quæ posteaquam est fonte abluta Salvatoris, delictorum vitia non meminit virtutem prædicationis assumit, & viva aquam abstergens maculas suas ad evangelizandum non conscientia peccati retrahitur, sed fidei colore compellitur. Nihil enim se dixit fecisse prævaritatis, dum sit nuntia veritatis, & oblivione abnegat impudicitiam, dum devotione prædicat castitatem. Hæc enim virtus Christi est Domini, ut quamvis peccator, qui ejus unda se laverit, denno in virginem reparatus non memineat antea quod fecerit. Ultima verba considera, Præclarum Christi documentum, Ecclesiarum pastores instruuntur, ut crimina subditi pœnitentis, ac jam converti, quæ lachrymis sunt abluta, ita è memoria excidant, ac oblivione deleantur, & cum ipso pœnitente ita fiducialiter agatur, ac si nunquam fuisset fordibus inquinatus; ne præteriti delicti recordatio semper mentem Prælati pulset, sed ita à memoria evellantur, ut ob crimina pœnitentia deleta alii ei non antependantur. Hæc enim virtus Christi est Domini, ut quamvis peccator, &c. 259. Qui primus est in confessione sit etiam in honore primus.

Emendata crimina excidant à mente Prælati.

Quartò, Considera historiam Evangelicam, & invenies quod hæc mulier fuit prima, quæ suum peccatum dicere, & confiteri non erubuit. Ad Christum Dominum humiliter fatur, dicens: Non habeo virum, supra vers. 17. ubi sua peccata confitetur; ut ibi ex D. Chryso. confideravi. Et viris civitatis audenter dixit, Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci. Non erubuit secreta sua pandere, ut ibi ait Theophylactus. Cum ergo hæc mulier fuerit prima; quæ peccata sua pœnitenter confessa est, convenientissimum fuit, ut esset prima in honore, dignitateque decore.

Postquam primi parentes deliquerunt, venit Dominus eos de suis delictis redarguens, & in iungendo supplicio multo mitiori modo se habet cum Eva, quàm cum Adamo, ut ponderat D. Ambrosius.

248. Theophyl. Origen. Divina gratia prodigia.

Qui sine imperio obsequia præstat, multis dignus.

249. Ambros.

Ob pœnitentiam Samaritanæ Apostolis antepositur.

Emendata crimina excidant à mente Prælati.

259. Qui primus est in confessione sit etiam in honore primus.

Theophyl.

251. Qui confitetur, magnum impetrat honorem.

Ambros. D. Ambrosius citandus. Sed quod mihi est maxime admirationis, quòd dum Dominus, ut iudex, sententiam fert, inter ipsas pœnas promulgatas, præcipuas laudes, ac nobilitates femine generis aperit. Dixit enim ad serpentem: Inimicus ponam inter te, & mulierem; semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & insidiaberis calcaneo ejus, Genes. 3. n. 15. Trophæa B. Virginis quæ in sua conceptione serpentis caput conculcavit, hic evulgantur, Mirabar sanè, cur potius victoria, & gloria femine sexus, quàm masculini hic decantantur: Quare potius mulierum conditio, quàm virorum natura laudibus celebratur? Mulier exitit prima, quæ culpam suam confessa est: nam licet Adamus prius se de ligno comedisse, publicè ibidem, 12. tamen Eva, se esse deceptam, & que defectum commississe, ibidem, 13. prima protestatur, ut notat Ambrosius citandus. Fr. de Mendoça lib. 1. Reg. 6. 7. vers. 6. annor. 25. n. 11. Convenientissimum ergo fuit, ut muliebris natura, quæ prima extitit in culpa sua constituenda, prima afflueret, ut ejus encomia, ac stemmata celebrarentur, & leniori modo cum ea ageretur in pœna infligenda. D. Ambros. lib. de parad. c. 14. Veniabilis culpa, quam sequitur confessio delictorum, ideo non desperata mulier; quæ non reticuit Deo, sed magis confessa peccatum est. Et postea subjungit: Dominus ait: Dic iniquitates tuas, ut justificeris, ergo, quia Eva ipsa confessa delictum est, mitior sequitur, & profutura sententia; quæ condemnaret errorem, & veniam non negaret.

Ambros. Mendosa. de Mendoça lib. 1. Reg. 6. 7. vers. 6. annor. 25. n. 11. Convenientissimum ergo fuit, ut muliebris natura, quæ prima extitit in culpa sua constituenda, prima afflueret, ut ejus encomia, ac stemmata celebrarentur, & leniori modo cum ea ageretur in pœna infligenda. D. Ambros. lib. de parad. c. 14. Veniabilis culpa, quam sequitur confessio delictorum, ideo non desperata mulier; quæ non reticuit Deo, sed magis confessa peccatum est. Et postea subjungit: Dominus ait: Dic iniquitates tuas, ut justificeris, ergo, quia Eva ipsa confessa delictum est, mitior sequitur, & profutura sententia; quæ condemnaret errorem, & veniam non negaret.

Ambros. Veniabilis culpa, quam sequitur confessio delictorum, ideo non desperata mulier; quæ non reticuit Deo, sed magis confessa peccatum est. Et postea subjungit: Dominus ait: Dic iniquitates tuas, ut justificeris, ergo, quia Eva ipsa confessa delictum est, mitior sequitur, & profutura sententia; quæ condemnaret errorem, & veniam non negaret.

Iohannis 4. th. 29. Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci: Nunquid ipse est Christus?

VERSIONES.

Syriaci. Venite, videte virum, qui dixit mihi quidquid feci: Num ipse est Meschicho? Vatablus. An sit ille Christus?

EXPOSITIO.

252. Cyrill. August. VALDE artificiosè loquitur mulier, ut ponderat D. Cyrill. lib. 2. c. 100. & Pedetentim egit, ait D. August. tract. 15. ne illi irasceretur, & indignarentur, & persequerentur. Bona Christi discipula. Quemadmodum Dominus eam sensim ad fidem traxit, ita etiam ea paulatim suos concives ad fidem perduxit. Et quodlibet mulieris verbum, ait Chryso. homil. 32. valde pretiosum est. Ait illis: Venite, hoc est, mecum. Non dixit, Ite, sed, Venite; quia si eos excitabat, ut ad Christum pergerent, ipsa etiam volebat iter arripere; ac se ipsam eis ducentem viæ offerebat ad Christum. Aliter explicat Albert. Magn. Venite exeundo à vobismetipsis. Jerem. 15. n. 50. Venite, nolite stare: recedite à vobis, & Jerusalem ascendet super cor vestrum. Omnes vocat mulier; nam, ut ait Simon Cassianus lib. 11. Syriaci in Evang. Tom. 1. k.

251. Prædicator faciat, quod prædicat. Albert. Mag. Jerem. 15.

cap. 2. Qui unum diligit, in ejus amicitiam omnestrabit. Et videte; in Syriaco, ac Græco non est conjunctio &. Non ait: Videte, audite, sed videte. Non ad se, ait D. Thom. sed ad Christum vocat homines. In quo dat exemplum prædicatoribus: Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Christum. 2. Cor. 4. n. 5. Non enim ait, ut adnotarunt Chryso. Leontius. Credite mihi, Messiam jam venisse; ego vidi. Sed ait, Videte; quod idem valet hic, ac experimini, judicate; certa enim erat, quod si de illo sacratissimo fonte gustaret, statim ejus dulcedine inebriarentur, ut ipsimet contigit. Circumspice Jerusalem ad Orientem, & vide jucunditatem à Deo tibi venientem, Baruc. 4. n. 36. Prodentem mulier à facilioribus cœpit; & ideo non dixit, Credite: sed videte, ut observat Hugo, quod erat quid levius, & persuasibilius.

Hominem. Non dixit: Videte Prophetam, aut Christum, sed hominem, cum supra hominem esse crederet, ut advertunt Origenes, Chryso. Theophylact. Beda: Aded mulier jam erat humilis, ut non auderet tantum autoritatis sibi arrogare, ut propter ejus dicta crederent homines, Christum adesse, & eos fidem tanti mysterij sua testificatione consequi; se judicat indignam. Et maxime ei videbatur, eum invenisse; quid ab omnibus expectabatur. Ideo observat Euthym. alios judices vocat: Venite, videte, Qui dixit mihi omnia quæcumque feci. Jam mulier experimento probat, eum esse supra hominem, ac habere scientiam Dei; quia cum esset extraneus, mea occultissima, quæ feci, ipse dixit, & enarravit. Et quamvis Evangelista hæc scribat in generalitate, tamen Toletus in Comment. existimat, quòd mulier in particulari narravit, quæ erant dicta à Christo de quinque viris, & de eo, quem nunc habebat. O magna charitas mulieris, ut ait Chryso. homil. de Samar. Mala mea publico, ut Christus adoraret; qui peccatoris non adversatur. Non veretur mulier, suos defectus dicere, ut virtus Christi agnoscat. Nunquid ipse est Christus? Jam mulier ad altiora ascendit, de homine ad Prophetam, de Propheta ad Messiam. Et cum mulier nihil dubitaret, per modum interrogationis loquitur, ut facilius eos alliciat: nam si ipsa asserit, è diceret, quòd ille erat Christus, ut imperita mulier judicaretur. Sed excitat eos, ut Jesum videant, & audiant, & tunc judicium ferant; confidebat enim certissime, quod plus in eo invenirent, quàm ipsa dicebat.

QUESTIO XXXIX.

Quomodo mulier dicat de se, quòd Christus dixerit ei omnia, quæcumque fecit?

CHRISTUS dixit mulieri, quod ipsa habuisset quinq; viros; & illum, cum quo erat conjuncta, non esse virum suum, supra n. 18. Mulier veniens ad civitatem annuntiat suis civibus, quòd Christus ei dixisset omnia, quæcumque fecit; cum tamen multa alia gesta essent à muliere, præter conjunctionem cum illis sex viris. Quo ergo sensu asserit, omnia sua sibi esse dicta à Christo? 254. D. Chry

D. Thom. 2. Cor. 4. Prædicator non seipsum prædicat sed Christum. Chryso. Leontius. 253. Origen. Chryso. Theophil.

Euthym.

Tolet.

Chryso.

Justus honoris sui non parcat ut nomen Christi celebret.

254.